



Politicorvm Libri Decem

Contzen, Adam

Colonia, [1621]

Cap. XX. De Pontifice Romano.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95437](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95437)

quum pertinent, statuere potest, hoc enim non est agere de suis suorumue commodis, sed communi; nam ab exemptis capitulis fere dependet Ecclesiastica disciplina.

§. 6. Neque ad capitulationes, & pacta recurri potest; nam Episcopus ordinarius est iudex, & superior sui Cleri. Deinde quocunque modo exemptus Clericus præcepto concilii generalis subiicitur, quoad visitationem, correctionemque Episcopo, non ergo possunt vllis se pactis aut constitutionibus eximere.

Quod si ante electionem Episcopi omnes iuramentum præstent; *selektus fuero, iuro me nullum capitulum monitum, citatum, iudicatum, omnem illis libertatem permissum*: Iniquitatis est hoc iusiurandum; quia iurat se non functurum officio boni viri, nedum boni Episcopi. Possuntque omnes tale iuramentum exigentes, aut præstantes iure electionis priuari. Verum & de his plura, cum de Episcopis agendum est. Nam ex hoc abusu sequitur quoddam canonicos vix vllum superiorem agnoscere. Pontifex procul abest, à nunciis Apostolicis tuti sunt, Episcopum non curant, itaque nonnulli quos obedientiae specimen præbere omnibus oportuit, suo penitus arbitrio viuunt, & quicquid libitum est, licitum putant. Hoc autem contrarius naturæ est.

CAPVT XIX.

Varii Ecclesiasticorum ordines.

Varij ordines. §. 1. **B**IFARIAM Ecclesiastici diuidi solent; Prima diuisio est quasi essentialis, ratione ordinis, sumpta ex ipso sacramento, vt sacerdotum, diaconorum, subdiaconorum, &c. Alii ratione officiorum, instituto vitæ, sine proximo; sic est Pontifex, Patriarchæ, Metropolitani, Archiepiscopi, Episcopi, Archipresbyteri, Archidiaconi, Canonici, Monachi, Sacellani, Vicarii, de singulis breuiter, quantum ad Ecclesiæ, & Reipublicæ corpus attinet, dicendum; disputationes enim Theologicæ alium locum postulant, vt & alium scopum habent.

§. 2. Septem ordines sacri in Ecclesia numerantur, sacerdotium, diaconatus, subdiaconatus, deinde minores ordines, Lectorum, Acoluthorum, exorcistarum, ostiariorum. Quos omnes esse vnum sacramentum genere, sed specie diuersum docet auctores; de minoribus nonnulli dubitarunt; Verum hæc Theologis & illis qui controuersias tractant considerata relinquo. Mihi de hisce agendum præctice, vt ad constituendam Rempubicam Ecclesiasticam conueniunt. Itaque de ordine Hierarchico præcipue quo gubernatur Ecclesia in foro externo vt vocant agamus. In eo primum locum tenet Episcopus, Episcoporum vero vna est ordinis potestas, sed varia in gubernatione, alii que aliis præfunt, vt Episcopis Archiepiscopi, his Patriarchæ, omnibus Pontifex eo modo & ordine, ea Reipublicæ utilitate, vt nihil mirabilius vnquam mundus aspexerit, nihil ad mores, & quietem Reipublicæ conuenientius.

De hoc igitur ordine dicamus.



CAPVT XX.

De Pontifice Romano.

§. 1. **D**E Pontifice Romano sine stomacho hæreticorum nemo Catholicus loqui potest; nec hoc nouum est, in eo vnitas Christiana neclitur, & fides fundatur, non vt in causa principe, sed vt vicario summi pastoris. Non tamen mirum esse debet, omni seclario nomen Pontificis esse odiosum, ipsam vero personam abominabilem, officium vero antichristianissimum; nam iam olim nemo veritati contradixit, qui non pontifici quoque inimicus fuerit; Nobis sane permirum est inter tot hæreseson centurias nullam fuisse, quæ non Romano se Papæ opposuerit. Ortum est hoc immane dissidium in mensa Domini, in qua Petrus feruentior Domini amator, de proditore seruatoris inquisiuit, & in orto fatellitem hostium aure truncavit, denique Simonem ipse damnavit. Hæreditarium odium omnium Christi inimicorum summo sacerdotio connexum est. Iam dudum sane vnum ex tot hæresiarchis quero, ex omnibus inquam à Capernaitis ipsis, vsque ad Vorfianorum nouissimos discipulos, qui non Pontifici, eiusque potestati fuerit inimicissimus. Quid mirum? Inter veritatis cathedram, & errorum subfellia, nunquam potest esse concordia. Nemo reus contumax iudicem suum amauit: non est nouum igitur Pontifices nostros omnium seclatarum odium sustinere, hæreticos, cum omnes eorum antecessores, martyres & confessores sui temporis hæreticorum calumniis, insidiis, armisque appetiti sint.

§. 2. Pontificiæ potestatis finis est, vt sub vno capite aspectabili, vicario Christi tota Ecclesia regatur, & schismatis tollatur occasio. Eam ob causam schisma in pontificis electione est omnino abominabile. Nam caput in quod mens & sensus Ecclesiæ conuenit sine perniciæ magna non scinditur. Hinc tot legibus cautum est, ne duo capita eligi videantur, dubiumque sit, cui parendum sit. Schismata omnia Deo iniusta, mortalibus exitiosa sunt. Chore, Darhan, Abiron terra dehiscens absorbit. Num. 19. Vestem scindere pontifici non licuit, Leuit. 10. Tunicam domini incofutilem ne miles quidem discidit. Primum schisma fuit, cum Episcopi tres Nouatianum clauderent, in Pontificem Romanum elegerunt, & ordinarunt. Ita in Epist. 48. & 52. Cypriani, & Cornelii ad Fabium, aut Flavianum Antiochenum: secuta sunt deinde alia, atque alia. Ingens illud fuit, & diuturnum; cum factione gentium diuersi eligerentur, cum Itali anno 1376. vt Blond. decret. 2. l. 10. Urbanum sextum Neapolitanum suæ nationis Pontificem; Galli Clementem septimum elegerunt, quod schisma post annos 39. in Concil. Constantiensi sublatum est. Quod si nullum vnum sit caput, nullus religionis magister, omnia dissidiis misceantur, omnes enim hæreses in cunis bella gesserunt, vt in libro de Synodo Evangelicorum, & pace Germaniæ, atque adeo Iubilo Iubilorum docui.

§. 3. Electio summi Pontificis vt pote à qua Ecclesiæ dependet salus, magnæ semper curæ fuit antistitibus, imo & principibus. Populus eligendi Pontificum & Episcoporum iure diuino potestatem non habet. Nam Christus ipse Apostolos elegit, ipse septuaginta discipulos constituit, Apostoli per diuersa loca Episcopos & presbyteros constituerunt. Populi munus est audire, & pasci, non ordinare præfides, idem constituit Concilium Nicenum, ne turbis permittatur facere electionem eorum, qui sunt ad sacerdotium promouendi. Ita can. 13. Nicenum. Verum hac de re sunt propositiones Bellarminianæ l. 1. c. 7. &

Omnis hæresis à Simone Mago vsque se Pontifici opposuit.

Vel hoc argumentum est nostros seclarios esse hæreticos.

Vnus pastor vnitatis est fundamentum.

Schismata ex multitudi- dine exorta.

Magna cura eligendus cui cura omnium committitur.

Electio non est populi.

Pontifex Episcopos eligat.

h. c. sacro-
sancta 32.
dist. can. ita
Dominus
19. dist.
i. D. Matth.
c. 16.
q. D. Petrus
sibi in sede
de legit suc-
cessorem
dari o alia
formula eligendi
summi Pontificem
compro-
bata est, & a
solis Ecclesiasticis
electus. Ecclesia
postea pacem
adepta interfuit
populus, & secuta
Imperatorum
seu authoratio:
p. omnia Imperatoris
comprobatio in
electione Pelagii
q. & Gregorii I.
r. Benedictus II.
sum. Pontif.
statuit in posterum
deligi summos
Pontifices per Cle-
rum & populum
Romanum sine
consensu Imperatoris.
f. prohibitum de
hinc laicis, ne se
immiscerent
Pontificum ele-
ctioni, & ab Adriano
S. P. & in 8. Synodo:
t. ne consensus
Imperatoris adhiberetur,
& ne electio ab
imperatoribus facta
q. 1. Clemens
rata esset, cautum
est u. quamvis
placuerit aliquando
& Epist. ad fra-
tribus electioni
adeffe. x. Sub
Agathone sum. Pontifice
Sicubum
lo Imperatori
dabatur certa
pecunia pro
ordinatione
Pontificis.
y. sub annu
Domini 680.
Quia & Stephani
Papa extat
decretum, ut
pre-
sentibus legatis
Imperatoris
ordinaretur
summus Pontifex
concil. in
videlicet ut
coercerentur
scandala, qua
solent in
electione
intervenire.

m. Can. si
Adrianus primus,
qui adeptus est
sedem Apostolicam
anno Domini 772.
cum eius rogatu
Carolus magnus
ad de-
tagl. pen. 8.
bus, electionem
summi Pontif.
Archiepiscoporum
& Episcoporum,
cum omnibus
inuestituris
Carolo concessit
cum digni-
tate patri-
ciatus. a. Ludouicus
primus, Caroli
Magni filius,
no. in can.
cessit hoc
ius electionis
in perpetuum
Paschali primo,
b. sum.
Episcopo no
liceat pro se
& concil. Martini
Papa, C. Episcopo
non liceat ante
8. q. 1. c. 1. de
consecr. preb.
o. D. can. Episcopo
non liceat ante
8. q. 1. c. 1. de
consecr. preb.
p. Polydo Virgil.
l. 4. de inuentor.
rer. c. 10. con.
Episcopos, & can.
principali 63.
dist. q. Platina
in vita elagii.
r. Platina in
Greg. 1. f. Polydo
Virgil. l. 4. de
inuentor. rer. c. 10.
Platina in Benedic.
2. & Volater. t. C. nullus,
C. Adrianus 63.
dist. u. C. Valentiniano
& can. se-
quentibus 63.
dist. x. C. plebs
63. dist. y. Can.
Agatho 63. dist.
2. c. quia sancta
Romana 63. dist.
a. C. Adrianus
63. dist. Sabell.
Ennea 8. l. 8. & Sigiber.
b. C. Ego Ludouicus
63. dist.

sequentibus, de Clericis, ab Catholicis probata, a pri-
scis Conciliis sumpta. Propositio Quinta. Ius eligendi sum-
mum Pontificem, ceterosque Ecclesia pastores, & ministros,
non conuenit populo iure diuino: sed si quid aliquando in hac
re populus potuit, id totum habuit ex conuenientia, vel conces-
sione Pontificum.

Propositio Sexta. Electio Episcoporum non pertinet iure di-
uino ad Clerum, sed ad summum Pontificem, ut vel ipse eligat,
vel prescribat eligendi modum.

Propositio Septima. Ratio eligendi summum Pontificem
per solos Cardinales, est omnium optima, & merito conseruanda,
est absolute posset Pontifex eam mutare si vellet.

Propositio Octaua. Si nulla extaret Pontificia constitutio de
electione sum. Ponti. vel casu aliquo omnes electores a iure desi-
gnati, id est, omnes Cardinales simul perirent, ius electionis
ad Episcopos vicinos, & Clerum Romanum pertineret, cum
dependentia tamen aliqua a Concilio generali Episcoporum.

Verum ea de re exstant multorum disputationes,
neque nunc mihi propositum est, de iure agere. Sed
id quod paci Ecclesiae conducit, exponere.

§. 4. Hinc constat Electores constitui ab Eccle-
sia posse; & idcirco in electione sepe variatum est, qua
de re eruditissime Greg. Tolosan. A quibus autem eligatur
summus Pontifex, questio temporum habet distinctionem. Et
sacro sancta Romana & Apostolica, non ab Apostoli primus,
sed ab ipso Domino & Salvatore nostro primatum obtinuit,
h. nam Beato Petro Apostolo dixit: Tu es Petrus & super hanc
Petrā edificabo Ecclesiam meam, & c. i. subinde q. D. Petro
in sede non succederet, & ipso volente ante illum eandem tenuer-
unt Linus, Cletus seu Anacletus I. Eo quod vivente adhuc D.
Petro Linus & Cletus adiutores adsciti sunt in administratio-
nem bonorum externorum, qualem diacones habebant, & nunc
camerarii Papa. m. Fuitque Clemens secundum electionem
q. D. Petrus secundus, sed in administratione quartus summus Pontifex.

Deinceps quia exemplo perniciosum visum est, ut quis deligeret
sibi Episcopum successorem, n. & qua Dei sunt ab hominibus
dari o alia formula eligendi summum Pontificem compro-
bata est, & a solis Ecclesiasticis electus. Ecclesia postea pacem
adepta interfuit populus, & secuta Imperatorum seu authoratio:
p. omnia Imperatoris comprobatio in electione Pelagii
q. & Gregorii I. r. Benedictus II. sum. Pontif. statuit in posterum
deligi summos Pontifices per Clerum & populum Romanum sine
consensu Imperatoris. f. prohibitum de hinc laicis, ne se immiscerent
Pontificum electioni, & ab Adriano S. P. & in 8. Synodo: t. ne consensus
Imperatoris adhiberetur, & ne electio ab imperatoribus facta
q. 1. Clemens rata esset, cautum est u. quamvis placuerit aliquando
& Epist. ad fratres electioni adeffe. x. Sub Agathone sum. Pontifice
Sicubum lo Imperatori dabatur certa pecunia pro ordinatione Pontificis.
y. sub annu Domini 680. Quia & Stephani Papa extat decretum, ut
presentibus legatis Imperatoris ordinaretur summus Pontifex
concil. in videlicet ut coercerentur scandala, qua solent in electione
intervenire.

Adrianus primus, qui adeptus est sedem Apostolicam
anno Domini 772. cum eius rogatu Carolus magnus ad de-
tagl. pen. 8. bus, electionem summi Pontif. Archiepiscoporum & Episcoporum,
cum omnibus inuestituris Carolo concessit cum digni-
tate patri- ciatus. a. Ludouicus primus, Caroli Magni filius,
no. in can. cessit hoc ius electionis in perpetuum Paschali primo,
b. sum. Episcopo no liceat pro se & concil. Martini Papa, C. Episcopo
non liceat ante 8. q. 1. c. 1. de consecr. preb. o. D. can. Episcopo
non liceat ante 8. q. 1. c. 1. de consecr. preb. p. Polydo Virgil. l. 4. de
inuentor. rer. c. 10. con. Episcopos, & can. principali 63. dist. q. Platina
in vita elagii. r. Platina in Greg. 1. f. Polydo Virgil. l. 4. de inuentor.
rer. c. 10. Platina in Benedic. 2. & Volater. t. C. nullus, C. Adrianus
63. dist. u. C. Valentiniano & can. sequentibus 63. dist. x. C. plebs
63. dist. y. Can. Agatho 63. dist. 2. c. quia sancta Romana 63. dist.
a. C. Adrianus 63. dist. Sabell. Ennea 8. l. 8. & Sigiber. b. C. Ego
Ludouicus 63. dist.

Electio non est populi. Pontifex Episcopos eligat. h. c. sacro-
sancta 32. dist. can. ita Dominus 19. dist. i. D. Matth. c. 16. q. D. Petrus
sibi in sede de legit successorem dari o alia formula eligendi summi
Pontificem comprobata est, & a solis Ecclesiasticis electus. Ecclesia
postea pacem adepta interfuit populus, & secuta Imperatorum seu
authoratio: p. omnia Imperatoris comprobatio in electione Pelagii
q. & Gregorii I. r. Benedictus II. sum. Pontif. statuit in posterum
deligi summos Pontifices per Clerum & populum Romanum sine
consensu Imperatoris. f. prohibitum de hinc laicis, ne se immiscerent
Pontificum electioni, & ab Adriano S. P. & in 8. Synodo: t. ne consensus
Imperatoris adhiberetur, & ne electio ab imperatoribus facta
q. 1. Clemens rata esset, cautum est u. quamvis placuerit aliquando
& Epist. ad fratres electioni adeffe. x. Sub Agathone sum. Pontifice
Sicubum lo Imperatori dabatur certa pecunia pro ordinatione Pontificis.
y. sub annu Domini 680. Quia & Stephani Papa extat decretum, ut
presentibus legatis Imperatoris ordinaretur summus Pontifex
concil. in videlicet ut coercerentur scandala, qua solent in electione
intervenire.

Pontifici qui sedit anno 817. & ipse ante a populo Romano sine
consensu Imperatoris electus, c. Quare nec in electione
Adriani II. adhibiti fuerunt Legati Caesaris Ludouici II. quamvis
tunc in vrbe essent, anno Domini 869. & si qua-
dam usurpata consuetudo ante obtinisset, d. Henricus V.
Imperator, contendere de principatu & de inuestituris Epi-
scoporum, cum Paschali II. ausus, excommunicatus, tan-
demque culpam deprecari coactus est, ut eius temporis author
signauit literis Gothfridus Viterbiensis libr. 17. historia qua
Panttheon inscribitur, in Henrico V. Adrianus III. qui sedit in
Pontificatu anno Domini 886. primus ad populum retulit, ne
in creando Pontifice consensus Imperatoris expectaretur.

Verumtamen Leo 8. sum. Pontif. qui sedit circa annum
Dom. 968. Otthoni 2. Imperatori, potestatem eligendi Pon-
tificem renouauit & confirmauit, certis ob id literis datis, quo
tutius se imperii hostibus opponere posset. f. Iurauit autem
antea Ottho Ioanni 12. antecessori fidelitatem, & nihil suo
consilio consensu, aut exhortatione perditurum, nullumque
placitum de rebus, quae ad illum terrarum sancti Petri sine
consilio suo facturum. g. Ex his tandem variis concessioni-
bus & remissionibus, & decretis nihil prater seditiones cre-
bras & schismata Ecclesia accepit: donec Nicolaus 2. Sabau-
dus, qui sedit circa annum 1065. Ex concilii decreto, quod
Mantuae habitum est, statuit Pontificem summum a solis Car-
dinalibus eligendum esse, cum precedente tractatu. h. Ale-
xander 3. Senensis rursum circa annum 1165. statuit adden-
do, ut dissentientibus inter se in electione Cardinalibus, valeat
illius electio, quem ex tribus paribus Cardinalium duo eleger-
int: excepta causa necessitatis, in qua non expectantur dua
partes Cardinalium, imo & aliquando huius solennitati renun-
ciare possunt eligentes. k.

10. 1. Alex. 4. in c. licet de vitanda c. 1. de electione apud Greg.
d. c. licet in verbis a duabus partibus & ibi Gotfred. & Ioan.

§. 5. Anno 1059. in Concilio Romano Episco-
porum 113. sub Nicolao II. ita statutum est.

Primo namque inspectore Deo est statutum, ut electio Ro-
mani Pontificis in potestate Cardinalium Episcoporum sit,
ita ut si quis Apostolica sedis sine praemissa concordia, & canoni-
ca electione eorum, at deinde sequentium ordinum religio-
rum, clericorum, & laicorum consensu intronizatur, is non
Papa vel Apostolicus, sed Apostaticus habeatur.

Ut moriente Romano Pontifice vel cuiuscunque ciuitatis,
nullus praesumat facultates eorum inuadere, sed successoribus
eorum referantur integra.

Hanc legem multorum rapinae extraferunt, qui
morientium opes diripiebant, cum tamen Ecclesiae
sint, & pauperum, itaque neque eas nunc in proprios
usus vertere electores canonici possunt.

Totus autem ordo eligendi & conclauium descri-
ptus est in Synodo Lugdunensi sub Gregorio decimo;
nam additis illis ad constitutiones Concilii Late-
ranen. 1. & Alexandri tertii, perfecta est ratio. Quin
& in Concilio Basileensi Sess. 23. multa ad electio-
nem vtilissima constituta sunt, requiriturque con-
sensus, & professio Pontificis electi: plura etiam in
eodem Concilio Sess. 37. Item Sess. 38. de electori-
bus, & confirmatione P. a. p. a. Fatetur Concilium
varios fuisse eligendi modos, prout necessitas, &
utilitas Ecclesiae exigit, nunc vero ex Cardinalibus
eligi solet.

§. 6. Mores Pontificis optimos esse oportet, ut
ea omnia quae de Episcopis & Presbyteris dicta sunt,
tanto in Pontifice praestantiora sint, quanto ille om-
nibus Episcopis maior est; itaque cum in ceteris ve-
rae solidaeque virtutes, in Pontifice omnium virtu-
tum apex exigitur.

Grandi autem scelere se Cardinales obstringunt,
cum in supremam dignitatem, hominem haud satis
probatum euehant; quod cum factum est, magno
motu concussa est Ecclesia, verique in deterius Cle-
ri mores.

c. Platina
Paschal. &
Volater.
d. Can. in
Synodo 63.
dist. 63.

e. Platina
Adriano 3.
& Sabell.

f. Platina
in Leone 8.
Albertus
Kranius l.

4. c. 10. &
11. c. can.
in Synodo
63. dist.

g. Can. tibi
Domino
62. dist.

h. Can. in
nomine
Domini
23. dist. 63.

i. Lanfran. de
sacramen-
tis, Volate-
ra. Polydo

Virg. l. 4. c.
k. Glof. in
d. c. licet in
verbis a duabus
partibus & ibi
Gotfred. & Ioan.

Cardinales
Episcopi
Pontificem
eligunt.

Facultates
Pontificis
& Episcopi
manet suc-
cessoribus,
non electo-
ribus.

Optimus
omnium
Pontifex
eligatur.

Cardinalium
summa ob-
ligatio est,
ut optimi
pastorem e-
ligant.

Pote-

Familia po-
tiffici fit ex-
emplo toti
orbis.

Omnes cir-
ca pontifice
sanctos esse
oportet.

Qui iudice
in terris no
habet, Deo
iudici se
probet.

Honor
summus
summam
virtutem
requirit.

In vicario
suo, etiam
peccatore
Christus
honoratur.

Ecclesia in
pontifice
honoratur.

Officiu san-
ctissimum.

Beatus bea-
tissimus di-
citur.

Idem titu-
lus Concilio
generalibus
tribus solis-
tus.

Potestas eius est, quæ aliorum Episcoporum; sed eo maior, quod est in ipsos Episcopos; quod sine eo Synodus oblematica cogi nulla possit. Cura eius vniuersalis, obligatio pro cunctis animabus. Sed maxima pro domesticis, & curia sua, quam omnes ita constituere tenentur, ut in ea sit modestia, pudor, iustitia sacerdotis domui conueniens; si enim suorum domesticorum, iudicum, & officialium curam non habeat, fidem factis negat, & pastor omnium fidelium, est infideli deterior. Cum enim summa sit eius iurisdicatio in terris, à qua nulla datur appellatio, cum eius iudicium sit à nullo retractabile, cum ad eum omnes vndecunque appellent, causa Episcoporum, principum & regum, ad eum deferantur, de omnibus iudiciis ille iudicat, ille à nemine iudicetur: ut autem iuste iudicet, assessores, cognitores, subordinatos iudices iustos, diligenterque habere necesse est.

Cum vero pietatis causa, & religionis, pontificem Imperatores venerentur; ut est in Epist. Nicolai ad Constantinopolitanum Imperatorem; necesse est grauissimi sceleris reum esse pontificem, cum officio suo deesse, & orbem Christianum frustrare incipit. Imo nisi maiorem zelum pro Dei honore quam ceteri Christiani præstat, præuicator est. 32. q. 1. officii.

Quanta vero eius esse debet innocentia, qui non necessitate, sed propria voluntate se purgat ab obiectis criminibus? 2. q. 4. Mandatu. q. 7. Nos si.

§. 7. Huic tantæ potestati Christianam Ecclesiam decens, honor adiunctus est; Nam & diademate cingitur, & regum obsequiis colitur, demissione etiam ad oscula pedum procedente. Culpant hoc sectarii, & si fastu, non autem officio agatur, culpandum foret. S. Thomas 22. q. 20. ostendit honorem eum non esse inordinatum. Nam obseruantia, qua dignitate excellentes prosequimur, si publico funguntur munere, non ad eorum sed Dei, & Reipublicæ honorem pertinet. Honor pontifici delatus non illi, sed Christo cuius vicarius est, exhibetur, quocirca & crucem gerit, ut crucifixus, non sibi honorem dari contestetur; cum vero etiam sit totius Reipublicæ Christianæ caput, ipsi Ecclesiæ honor in eius capite merito deferatur, defendit olim in Concilio Basileensi Henricus Kalteisen, eam cerimoniam, neque nunc vllum, nisi hæreticum offendit. Sanctissimus vocatur, quia sanctissimum est eius officium. Ipse interdum impius est, atque in æternum damnatur.

Beatus, & beatissimus dicitur ex eadem excellentia potestatis, idem Henricus Kalteisen de libertate Euangelicæ prædicationis, in t. 4. conc. p. 339. sic exponit. Venerabilis Thom. de Walden, lib. 2. c. 36. sic & Concilia generalia dicuntur sancta & sanctissima, non à sanctitate personarum inibi existentium, sed ex plenitudine officij sanctificandi & infallibili assistentia Spiritus sancti, sic & ecclesia Catholica dicitur sancta, non propter sanctitatem omnium existentium in ea, cum sint multi peccatores, sed propter sanctissima eius officia, propter sacramentorum sanctitatem existentium in ea, non enim talia dicuntur sancta ex opere operante, sed ex opere operato. Ideo S. Cyrillus in epist. Synodica directæ Nestorio, quæ incipit: Religioso & Deo amabili; nominat Papam sanctissimum, & venerandissimum, similiter sacrum generale Concilium, similiter S. Hieronym. Papam vocat sanctissimum, gloriam sanctitatis suæ magnificans in libro, qui intitultur: de gestis Romanorum pontificum, in principio scribens ad Damasum Papam. Tertium, quod Papa ratione officij sepe aptissime nominatur beatus seu beatissimus, non quasi extra statum via æternaliter constitutus beatus, sed propter admirandam suæ potestatis excellentiam, quæ prope Christum attingit,

quicquid enim potestatis, quicquid gratiæ sacramentalis, quicquid dispensationis celestis à Christo capite Ecclesiæ commissum est, ipsa Ecclesia dispensat, & Papa in fide non errante, totum est eius dispensationi commissum. Hinc B. Hilarius etiam Imperatorem Constantinum propter auctoritatem imperialem beatissimum nuncupauit in epistola sua ad eundem de fide. Et B. Ambrosius quibusdam scribens Episcopis & sacerdotibus malis, quos de symonia & multis excessibus redarguit, beatissimos & sanctissimos patres nominat in libro suo pastoralis, quem de obseruantis ipsorum intitulat. Quarto ergo dico, quod si Papa aliquid mandat faciendum, quod non est contra legem Dei expresse aut contra statuta aliqua sanctorum patrum, etiam si se literaliter in lege Dei veraciter non fundat, ei obediendum est.

§. 8. Cum omnium cura pontifici incumbat, vniuersa tamen ratio est omnia curandi, si curiam suam vitiis liberet, si viros rerum, iustitiam, gubernandi peritos, vere pios, avaritiæ munerumque ocores circum se habeat, alioqui nec causas intelliget, nec recte iudicabit. Curiam itaque conseruare, & si opus sit reformare studebit. Nec excusationem vllam prætereundam potest, si enim episcopos, principes & reges admonet, corrigit, punit, non poterit ministros suos aut dimittere, aut ad honesta cogere? Actum ea de re in Concilio Lateranensi, & extant Bullæ Leonis decimi. Nec modo curia ipsius, sed Legatorum quoque pontificiorum, quorum cum sit Episcopalis, & interdum Cardinalicia dignitas, religio decet non modo mores esse probos, sed familiam etiam esse modestam: alioqui probra in ipsos, & sedem Apostolicam recidunt.

Constantinus vocatus ab Hilario beatissimus.

Inter omnia nihil efficacius, quam curia Romana sanctitas.

Aula pontificis omni monasterio religiosior est.

CAPVT XXI.

Immerito multi odio Romani pontificis à vetere Ecclesia secessionem faciunt.

§. 1. Quid ad omnes ætates pertinet, ut legitimum in Ecclesia magistratum agnoscant, id in coronide mea contra eos, qui, cum ista scriberem, iubila sua declamabant, conuertere, ut à calumniis falsis, verum Christianorum omnium, etiam regum pastorem vindicarem. Hoc etiam munus ad politicum pertinet, quandoquidem in Ecclesia est nostra respublica, & in hac illa.

Generatim hoc propono, quia maxima pars concionum conuiciis contra pontificem infumitur, adeo, ut si maledicta illa demantur, ex multis tomis futurus sit libellus vnus. Concionum plurimarum argumentum est, ex Danielis cap. 11. 31. & sequent. Apocal. 12. & 13. & 14. & 17. ut omnia quæcunque in Antiochum, & Antichristum scriptura vnquam dixit, Pontifici imputent. Ita Matthias Hoc conc. iubiliana 3. Baldunus Fredericus, Wolfgangus Franzius, Erhartus Lauterbach, Michael Mullingius, Vincentius Schmuk, Paulus Laurentius, duabus concionibus, Ioannes Pandocheus, sunt & aliorum theses, & declamationes.

In hisce tria notauimus omnes facere. Primo quæcunque vnquam ab aliquo Pontifice male gesta sunt, toti ordini imputant, & exaggerant, ut si quis Achabi vel Manassis scelera cunctis regibus attribuat, ideoque sceptrorum vim tollat, quia suis affectibus multi reges sapius, quam legibus obsecuti sunt. Secundo, quæcunque contra Pontifices vnquam ab eorum inimicis facta sunt, tanquam oracula cum auctario proponunt, quæ autem pro Pontifice dicuntur feruentius, illa in calumniam rapiunt. Ut cum dicitur Pontifici in terra datam potestatem sol- uendi

Novatores omnes in Pontificem insurgunt.

Artes calumniandi Pontificem. 1. Vnius peccata omnibus imputant. 2. Figmenta contra Pontificem colligunt.